



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Rupertus Ep. 27. Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

27. Mart. VITÆ SANCTORUM. 201  
que contendit: Episcopus Monasterii  
primus Cœnobium etiam Werdense ex-  
truxit, & cùm nemora densa obsiste-  
rent, ad hæc excindenda famulis ventis  
est usus, qui noctu everfis latè arbutis,  
aream amplam ædificio pararunt, unâ  
tantùm arbore relictâ, quæ precantem  
LUDGERUM texerat. Illud etiam me-  
morabile. Carolum M. cui imprimis  
charus erat, tertio vocatus, dum preces,  
quas Canonicas dicimus, recitaret, ne-  
glexit adire, & appellatus eâ de re, res-  
pondit cum majore Principe sibi collo-  
quium fuisse. Atque hæc, quæ offende-  
ret delicatorem ætatem nostram, liber-  
tas, chariorem etiam Carolo fecit, me-  
ruitque hic, dum astra, Alcuino doctore  
usus, contemplatur, novam stellam in  
cælo videre, LUDGERUM mortuum. Ex  
Surio & Lippeloo.

*Verè breve est omnino tempus. Infelix  
proinde qui in vita hujus lubrico fidens pe-  
rituram insumit operam, nec advertit,  
quoniam vapor est admodicum parens, &  
vanitas vanitatum. S. Bern. in sent.*

S. RUPERTUS EP. 27. Martij.

Sanguinem suum, quem ad Franciæ  
Reges Ducesque Hiberniæ referebat  
RUPERTUS, tum nobilem esse proba-  
vit, quando Vangionum Episcopus virgis  
servilem in modum per urbem cæsus,

N 5

& in



202 VITÆ SANCTORUM. 27. *Marth.*  
& in exilium est actus. Sed nobilissimo  
exuli dignum domicilium patuit, Boja-  
ria. Huc evocatus in exilium inde super-  
stitutionem misit, & primus ferè Boiis pa-  
triam suam cælum ipse exul ostendit, re-  
gemque primò Theodonem, tum proce-  
res, mox populum magno numero sacro  
fonte lustravit. Abhinc sedem & arcem  
sacrorum Iuvaviæ (quæ hodie Salisbur-  
gum est) posuit, mox Cœnobium hic  
templumque D. Petro, alterum dein  
montibus, idque D. Maximiliano sa-  
crum; velut præsidium sanctæ religionis  
imposuit, prodigiosis ignibus tunc no-  
bile. Sub hæc in patriam magnis itineri-  
bus contendit, novasque auxiliares co-  
pias viros XII. adduxit, sui planè, ut  
aliud nihil dicam, simillimos. His adju-  
vantibus bellum sanctum, totam penè  
Bojariam Christo subegit, templaque  
velut propugnacula pietatis plurima pas-  
sim extruxit. Inter hæc utique & pul-  
cherrimum ornamentum patriæ, & fir-  
missimum munimentum Ædes veteris  
Oeringæ numeratur, DEIPARÆ sacra;  
ut quando huic omnia se debere Boii fa-  
tentur, multum profectò etiam RU-  
PERTO debeant, qui Regionis tute-  
lam, eam VIRGINEM inquam, princeps  
conciliavit. Obiit anno DC. XXVIII.  
fati sui certus & diei. Parentare lacri-  
mis omnes Boii, sed Angeli cantu festi-  
vo visi: illi sordidati, hi candidati: ut  
nos-



28. Mart. VITÆ SANCTORUM. 203  
nosse illos funeri, hos animi triumpho  
adesse. *Ex Surio.*

*Ad omnem tentationem, ad omnem tribulationem, ad omnem denique cuiusque modi necessitatem aperta est nobis urbs confugii; sinus Matris expansus est, parata sunt foramina petrae, patent viscera misericordiae Dei nostri. S. Bern. serm. 7. Qui habit.*

S. GUNTRAMUS C. 28. Martij.

Qui Reges salvam majestatem, & regna sua volunt, rectè arces adificant, & propugnacula; sed rectius iidem aras struunt templaque, & ad stipendia optimos praesidiarios, egentes evocant. Inter hos meritò Regem GUNTRAMUM numeramus, pulcherrimum Galliae liliū, & meritò in Marianum hortum transplantandum. Regias hic gazas omnes, vel in sinum pauperum, vel templorum adyta prodigus sparsit. Certavit verò cum GUNTRAMO DEUS, nunquam non victor, si de liberalitate cum homine certamen sit. Et forte fortunâ somno, ad quem à venatione fessum perstreptentis rivuli susurrus invitaverat, aliquantum indulgebat. Hic qui pro dormiente vigilabat, armiger, vidit Dominum cum somno nescio quod animalculum proflare; ei cum pontemense regio fluxisset, aquas superavit, & pro-